



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter voto Religionis, Ordinisue sacri suscipiendi, vel continentiae
dissoluantur sponsalia. Pun. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

factura, & damno alteri te liberaliter ostendere. Adde ob matrimonium non extingui religionis votum, sed suspendi. Huius autem suspendio, & dilatio ex causa rationabili fieri potest. Si enim ob necessitatem parentum superuenientem, ob debita pecunaria soluenda saepe fit, à fortiori videtur fieri posse ob honorem puerilæ deceptæ seruandum. Notanter dixi bona fide, nam si puella sciens votum religionis suum tibi corpus tradidisset sub promissione matrimonij, nequaquam illam ducere poteris, sed obligatus es ea reliqua religionis ingressi, rursumque particeps tuus tuae promissionis iniquus; ex qua nullum potius acquirere, sicut tanquam certum praedicti Doctores tradidunt.

P N C T V M XIX.

Qualiter Ordinis faci susceptione sponsalia ditimuntur?

1. Plures consent dirimi.
2. Verius est illicite sacros Ordines suscipi renuente sponsa.

1. **N**on est dubium Ordinis faci susceptione sponsalia dirimi, quia alium statum quo te matrimonio contrahendo inhabilem reddit. Controvarya autem est an eum statum licet sacerdotem possit, sicuti potes assumere statum religionis? Affirmant Sotus in 4. d. 27. quest. 1. art. 5. Nauarr. cap. 22. num. 25. Gutierrez. cap. 26. num. 2. Basil. Ponce. lib. 12. cap. 11. num. 3. Henr. lib. 11. cap. 14. indicat Laymann. lib. 5. tract. 10. 1. part. cap. 2. num. 7. & alii plures. Motentur, quia in sponsalibus tacite videtur inesse ea condicio, nisi statum perfectionem matrimonio elegiri. Ergo illius status electione nullam promissarii iniuriam irogas matrimonium non contrahendo, ut potes qui non promulgi matrimonium easu quo velles statum perfectionem eligere.

2. Ceterum sponsalibus obstricium illicite ad sacros Ordines renuente sponsa ascendere docet ut probabilitas Sanch. alius relatis disp. 4. 5. Bgid. de Coninch. disp. 1. dub. 3. num. 25. Rebello. lib. 4. de matrim. quest. 9. et ceter. 5. Ratio est, quia nec iure diuino, nec naturali, nec positivo concepcionis est ordinis facio sponsalia diuinae, sicuti concessum est religioso statutu sicut religiosus status dirimit matrimonium ratum, suscepimus Ordinis faci illud dirimeret contra extrava. Antiquae de voto. Sed sponsalia per Ordinem faciem dirimuntur, quia te matrimonio contrahendo inhabilem praeditum, sicuti dirimerent matrimonio cum alia contracto. Ne quis ergo sponsalibus relictis Ordinem faciem assumere, sicut non quis matrimonio cum alia celebrare. Et confirmo. Ideo in sponsalibus condicio status religiosi subintelligitur excepta, quia vel iure diuino, vel saeculi Ecclesiastico sponsalia dirimit ob eius perfectionem, at cum ordo clericalis, nec iure diuino, nec positivo sponsalia dirimit, non est censenda ea condicio excepta. Quod enim status clericalis praestantior sit quam coniugii, non inde inferri potest in promissione coniugii status clericalem excipi: alias omnia iumenta in favore hominis præstata posse non exequi affirmans imibi in illis conditionem, nisi perfectius quid elegit, quod falsissimum est, ut latius diximus tract. de iuram. Addi potest in huius partis confirmacionem præcisus recepta, que de initando facies inquiritur, an fidem aliqui de matrimonio contrahendo, que tamen inquisitio pro religionis ingressu non sit. Signum ergo est sponsalibus contractis neminem posse licet ad sacros Ordines promoueri renuente sponsa, bene tamen religiosum statum assumere.

P N C T V M XX.

Qualiter voto religionis Ordinis faci suscipienda, vel continentia dissoluantur sponsalia?

1. Si aliquod ex his votis omittas sufficientem probes causam sponsa dirimendi sponsalia.
2. Predicit voto dirimiruntur sponsalia aquæ ac dirimuntur habitus religiosi (susceptione).
3. Illeceps, & inuidus fit voto de Ordine sacro assumendo, et si plures contrarium censemant.
4. Voto religionis suscipienda licitum est, & sponsalia dissoluitur.
5. Voto continentia sponsalia dissoluere docent plures.
6. Verius est oppositum.
7. Satis fundam oposit.
8. Adstrictus ante, vel post sponsalia castitatis voto tenetur integrum religionem ex plurimis sententia.
9. Verius est oppositum.
10. Adstrictus voto castitatis post sponsalia obligatus est ea implere.

1. **E**t quidem si aliquod ex predictis votis sponsalia prædicti manifestum est apud omnes ea irrita reddere,

etiam si iuramento firmetur, ut deciditur cap. Rursum, qui dicitur, vel videntes, quippe promitterent rem illicitam. Controversia igitur est de voto sponsalia subsequente, an ea dissoluere possit? Quia in re illud est certum, si videntes facrum Ordinem, religionem, vel continentiam, eo ipso sponsa præstas sufficiemem causam, ut ab sponsalibus resiliat, quia tacere iuri acquistato renuncias, vti adiutori Sanch. disp. 4. num. 5. & disp. 4.

2. Secundum est certum voto religionis, vel sacri Ordinis suscipiendo dirimi non posse sponsalia efficacius quam dimuntur habitus religiosi assumptione ante professionem, ut bene adiutori Basil. Ponce. lib. 12. de sponsalib. cap. 12. num. 2. His positis:

3. Dico primò, Doctores qui censem ordine facio ob illius perfectionem sponsalia dissolvi, licetque alium, consequenter affluant votum suscipiendo ordinem facrum validum, & licitum esse, & aquæ sponsalia dissoluere, ac dissoluere votum religionis suscipienda. At cum nos tanquam probabilis iudicauerimus illicite post sponsalia ordinem alium, consequenter affiramus illicite, & inuidus de illo assumendo votum fieri, sicuti pluribus relatis tradit Sanch. lib. 1. de mar. disp. 4. num. 3. Coninch. disp. 23. dub. 3. m. 25.

4. Dico secundò, Votum religionis suscipienda licitum est, & sponsalia docente pluribus relatis Gutierrez. de matrim. cap. 14. num. 4. Sanch. lib. 1. dub. 4. num. 2. Layman. lib. 5. tract. 10. 1. part. cap. 2. num. 4. Gutierrez. de matrim. cap. 26. num. 3. Basil. Ponce. lib. 12. de matrim. cap. 12. num. 2. & alii apud ipsos. Etenim cum huiusmodi ingens licetus sit, & a iure permisus, licitum tibi erit illum vovere. At cum eo voto a ne professionem statum non confinas, credo ex parte tua sponsalia non dissolvi, quoque professionem emitas. Quare si ab eo voto liber es, eo quod in nullam religionem admittaris, vel admisus non perseveraveris, sponsalibus adimplendis obligatus es sponsa id voleas, quia nulli cautum est praedicto voto, sicuti nec habens religiosi susceptione professione non secuta, sponsalia dissolvi.

5. At si voto continentia emiseris ex vi illius integræ sponsalia dissolvi docente pluribus relatis Gutierrez. de matrim. cap. 11. Azor. 1. part. lib. 11. cap. 21. quest. 10. Suan. lib. 1. de voto cap. 4. num. 3. Gab. Vazq. opus. de refut. c. 3. §. 3. dub. 6. n. 17. Basil. Ponce. lib. 12. de matrim. c. 12. num. 4. Henr. lib. 11. cap. 1. num. 4. Ducuntur prædictæ cap. versiones. Qui clericis vel videntibus, vbi quædam mulier sponsalia contraxit cum alio ab eo cuius levitas perterrita ex consilio cuiusdam Emenitæ voto calitatis emisit. Quo emiso vir ad alias nuptias transiit, ipsa vero alteri nubere volebat ob continentia periculum, constitutus de hac e. Alexand. II. respondit. Nos itaque attendentes tunc esse, vt praefata mulier post fidem, & votum simpliciter oblatum matrimonium contrahat, quam formacionis reatum incurrit, mandamus quatenus si plus non procedat sibi de fide mentita, & voto violato factum sententiam indicem, & ei cuius nubere in Domino licentiam concede non postponas. Ex quo texu exsultat Basil. Ponce. prædictam sententiam planè confirmari, siquidem prædictum votum validum fuit, alias dispensationem non indiget. Et hie in prædicto textu indicetur, sponsalia facta voto valere, siquidem formæ penitentiae impunitur, ob violatum fidem, id inquit Basil. & Azor. præcessisse quod forum exercitii in quo nondum de voto constabat, eo vero probata dispensatione concessum. Secundum ex cap. venient. 1. De iniurando, vbi non censetur promissum infringere qui in melius commutat. Sed status continentia matrimonio præstat, ergo matrimonio promissum non infringit in statum continentia commutans. Tertiù in promissionem matrimonij continentia statum, sicuti & statum religiosum ob illius perfectionem censiter exciperi, atque adeo nolle obligare ad matrimonium casu quo statum continentia amplectari. Tandem vbi duo vincula incomparabilia, & valida concurrent, formis præualeat, cap. 5. inter de sponsalib. At vinculum religiosum, & voti fortis est fidelitatis vinculum ex sponsalibus contrato. Ergo, &c.

6. Nihilominus esti prædicta sententia probabilis sit, probabiliori exstimo prædicto voto continentia sponsalia non dissolvi, vt pluribus relatis firmat Sanch. lib. 1. dub. 4. num. 9. Coninch. dub. 3. concil. 7. Layman. lib. 5. tract. 10. 1. part. cap. 2. num. 6. & colligitur ex dicto cap. venient. Qui clerici vel videntes, ibi enim Pontifex penitentiam præcipit inimicis feminis pro violato, id est pro voluntate, quam habebat, violandi votum alteri nubendo, sicuti inquit ibi Glos. & pro fide sponso mentita. Constitit ergo Pontifici votum, & vi illius sponsalium violatio, siquidem pro virtutique violacione penitenciam inimicis. Ergo ex illo voto non censetur Pontifici sponsalia dissolvi; alia illi facta non esset fides sponsalium violata. Neque inde fit voto inuidus esse, nam eti inuidum sit, quatenus continet obligationem non contrahendi matrimonium cum eo cui fidem dederat, at validum est, quatenus continet obligationem non perendi ab eo debitum manu.

matrimonio contracto, neque cum altero contrahendi. Nec mirum esse debet, quod votum continet ex una parte invalidum sit, & ex alia validum, quia relipicit obiecta dubitabilium, sed decidit texus in cap. placet de conversione coniugat. ibi licet votum eius visequecum non tenuerit, eacumen tamen obligatorium fuit, quatenus te ponitur obligare. Ratio est, quia conductio, nisi volueris coelibem vitam degere? non subintelligitur in contrafacta sponsalium ex natura rei, alias subintelligeretur in qualibet promissione homini facta excepta conditio de meliori bono, quod est absurdum. Neque etiam subintelligitur ex iure positivo, cum solum religiosum statim inuenientur exceptus ob eius singulariter perfectionem, qui exceptio ad alios casus extendenda non est, cum cedat extendens praedictum iuri partis acquisti. Neque denique ex mutuo contrafactuali consensu praedicta conditio praesumti potest subintelligi, cum nihil minus contrahentes intendant, quam inserviunt castitatis fibi servare. Praeterea sponsalia renuersa sponsalia implete compellit a iudice, tamen si affirmet se castitatis voto obtinuisse, nisi religionem ingrediatur, uti docent Paludan. in 4. dif. 27. quæst. 1. 14. sylvestr. verbo, sponsalia queat? Azor. I. part. lib. 1. cap. 21. quæst. 10. vel saltem vt placet Soto, lib. 7. quæst. 1. art. 3. Henr. I. cap. 14. num. 4. Ordinem faciunt allusam. Ego signum est votum castitatis non iudicari sufficiens ad legi signum, ut votum castitatis non iudicari sufficiens ad matrimonium integrum sponsalia.

7. Neque argumentum oppositæ sententiae urgunt. Primum ex capiens potius nostram sententiam firnat, ut ex probatio[n]e conclusio[n]is colligi potest. Ad secundum ex capit[ulo] pen[te]te, dico promissum non infringere qui in melius commutat ex voluntate creditoris, ut contingit in votis, & obligatio[n]ibus filii Deo factis, secundum in iis, quae in hominum fauore finit, quibus non semper meliora placent. Ad tertium negotio habentem intelligi exceptum continentia statum, neque ex immenso contrahentium consensu, Ad quartum dico maiorem esse vetam, quanova vtrumque vinculum validum est: at votum continentie subflequent sponsalia inualidum est, qua parte sponsalibus præsumat.

8. Superest dicendum, an qui ante, vel post sponsalia, aut

8. Superest dicendum, an qui ante, vel post ipsam plenitatem, aut
marinonum ratum obstricis est calitatis yoto tenetur
religionem ingredi, vel falsoem Ordinem sacru m assumere?
Haec Paludan. in 4. dist. 27. quasi 1. artic. 3. cufa 5. numero 23.
Sylloph. verb. ponit alia. quasi 7. Navarri cap. 2. n. 25. Cor-
doba. sumquasi 13.6 part. 4. Ludouic. Lopez. 2. part. instrukt.
cap. 38. Vega libet. sum. cufa 4. 1. part. 4. tenebit eo quod alia
via non potest perfecte volunti implere.

9. Sed longe verius est aequae ad religionem, neque ad ordinem obligari, quia non teneret medio ita ardus, & difficulter vii ad voti obseruationem, sicut ex communis sententia docent Sanch. disp. 46. num. 13. Guitier de matr. cap. 26. num. 21. fin. Coninch. disput. 23. d. b. 3. num. 27. Laym. lib. 5. sum. trai. c. 1. part. cap. 2. num. 9. Lessius lib. 2. cap. 1. num. 52. & ali. Et videatur manifeste colligi ex Extrinag. Antiqua de Voto, vbi qui matrimonio contracto facium Ordinem lucepti cogitur consummare, nisi religionem ingredi veller. Non igitur ob perfectam voti obseruationem tenetur religionem ingredi.

10. Ex his infertur adstrictum vota castitatis post sponsalia obligatum esse sponsalia implere, nisi pars altera obligacionem remitterat. Matrimonio vero contracto reddere debet, tametsi perire non possit; expedit autem ab Episcopo, aut alii prelategium habentibus dispensationem pro debiti petitione obtinere, qua facile concedi debet ob incontinentiam periculum, ut bene Coninch. Layman. & alij notarum.

P V N C T V M XXI.

Qualiter matrimonio sponsalia dirimantur?

- Ex parte illius qui matrimonium non contraxit dissoluuntur sponsalia.
 - Ex parte contrahentis matrimonium suspenditur sponsaliaum obligatio.
 - Dissoluto eo matrimonio negant plures teneri cum prima contrahere, ipsa volente.
 - Verius est oppositum.
 - Satis fundam contrariae.

2. At ex parte illius qui matrimonium contraxit durante matrimonio sponsalium obligatio etiam iurata soluta est, vel falso suspensa cap. sicuti, cap. si inter virum, & aliis, deq;

sponsalib. cap. 1. de sponsa duorum. cap. fin. 27. q̄d est. 2. lege regia. 8. tit. 1. part. 4. Quippe nequit eo matrimonio durare sponsalium obligationem excui. Si autem matrimonium interitum esset a priori sponsalium obligatione non esset solitus, quia non praestat impedimentum quod de iure non fortitur esse. Regula non præsumt de Reguli turis in 6. & tradit Nauar. cap. 22. num. 2. & plurius relatis Sanch. & Gutierr. loc. cit.

3. Difficultas igitur est, an contrahens cum secunda matrimonio effuso morte, vel professio e secundis, teneatur cum prima contrahere ipsa volente? Negant Palud. in 4d. 2.8. q. 1. et. 1. confit. i. num. 8. Azbedeo l. num. 13. tit. 1. lib. 5. noui collect. Rodrig. 11. sum. cap. 2. 4. 5. num. 8. Henr. lib. 11. cap. 14. num. 2. Sanch. plures referens lib. 1. et spoulaib. disp. 48. num. 3. Gutier. cap. 27. de matrimonio. 3. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 1. op. 1. cap. 2. in fine. Mouentur primis, quia obligatio femel extinta non reuinificat. leg. quois. § aream, de fo-unionib. cap. quarta de consecrat. dif. 4. At obligatio sponta- lium matrimonio cum alia contracto extinguuntur, vt collig- gitur cap. sicut. cap. si iner. & aliis supra relatis: ergo Secundis obligatio fortior superuenientis extinguunt obligacionem pri-orem, cuiusdem rationis, vt probat textus in cap. qui post 5. de Regular. in 6. vbi vocum profundi et strictioni religione ex-tinguitur professione in laxiori.

4. Sed verius exigitum dissoluto matrimonio cum secunda obligata esse cum priori contrahere, si ipsa velit, quia fuit sententia Adriani in 4. quest. 2. de matr. ad 2. in fine Petri. de Ledelin. que s. 43. art. 6. dub. 2. ad 2. Coninch. dub. 2. art. 4. conclus. 3. num. 32. Vega. 6. sum. casu. 125. Basili. Ponce liv. 12. cap. 3. num. 4. Moucer, matrimonium superuenientem cum duante sponsalium executionem impedit, at illotum obligationem non extinguit nec iure positivo, nec naturali. Non iure positivo; siquidem praedicti textus solum decidunt contrahentem matrimonium cum aliqua debere cum illam manere, an vero solutur a priori obligatione ita ut soluto matrimonio morte vel professione fecunda non teneatur cum priori contrahente, nihil decidunt. Ergo ex iure positivo colligi non potest obligationis priorum sponsalium extinctio. Minus autem colligi potest ex iure naturali; siquidem sponsalium obligatio optimè persistere potest matrimonio cum alia contracto, non quidem ut ex tempore executioni mandetur sed ut mandetur executioni eo matrimonio dissoluto, ac proinde durante matrimonio suspendatur sponsalium obligatio, at matrimonio dissoluto reuictat. Quod quidem conuenientissimum est, ne matrimonium malitiosè contrahens commodum absque necessitate ex sua iniustitia repoterit, & pars relata damnum, & iuriis libi debiri priuationem. Secundò religionem vovens si matrimonium contrahat, obligata est ei dissoluto religionem intrare, si aperte inueniatur, quia obligatio voti religionis esto fuerit suspenfa tempore matrimonii, non tamen fuit extincta, quia id necessarium non erat. At similiter necessarium non est sponsalium obligationem extinguiri ab matrimonium cum alia contractum, ergo. Quod si dicas, obligationem voti religionis non extinguiri matrimonio, quia est diuersa rationis, extinguiri vero obligationem sponsalium, quia est eiusdem rationis cum matrimonio, obstat; quia eis ciusdem, vel diuersae rationis parum referit, quandoquidem persona diuerse sunt, & secunda obligatio non cedat in prioris creditoriis commodum, sed potius in illoius damnum. Quod hoc exemplu illustratur, si enim Petro equum promittas, vel vendas, quia promissio, vel venditione non nobant Franciscum equum vendentes, & tradentes, Franciscus equus est, ybi deceditur leg. quoties 15. Cod. de rei vindicar. At si Franciscus tibi equum reddiderit; cum dubium erit te obligatum esse Petro equum tradere, & pote promissionem, & venditionem exequi, siquidem ea facere potes?

5. Ex his solutum est primum oppositā sententiā fundamen-tum. Ad secundū ex cap. 5. de Regulib. in 6. dico prīmo id prouenire ex iuri potiū dispositione , ut pax mo-nasteriorū , & proficitum seruit , quod ius in praetenti non adest. Secundo . quia ibi est idem creditor scilicet Deus , cui res præstantior conceditur professione in religione laxiori , quam quod concilium erat voto strictioris assumenda. At hī sunt creditores diuersi , & vnius commodum in alterius damnum cedit. Tertiū professio est vinculum per se per-pe-tuum , quod sola proficitur morte extingui potest : at mati-monium soli potest morte , vel professione alterius contra-henris , quo soluto apud est priorem sponfaliū obligatio-nem implore.

PUNCTVM XXII.

Qualiter secundis sponsalibus priora soluantur

- ¹ Contrahens secunda sponsalia absque iuramento, vel copia non est solutus à priorum obligatione.